



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in  
co[n]uentu Norembergensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,  
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab  
eodem legato|| ...**

**Hadrian <VI., Papst>**

**Norembergæ, 1523**

**VD16 K 320**

16 Quin etiam aliqua[n]do, quum ij qui bonis ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

Item & tum Curtisanis, cæterisq; vt prædictum est, in hæ  
bilibus personis, per sedem apostolicam vacantia, collata  
sunt, officia ac beneficia, cum familiares sancti, suæ, aut qui  
curiæ seruirent, vel in anno, quod vocant, Iubileo, inter eun  
dum Romam, aut etiam Romæ agètes, mortem oppetiissent,  
tanq; si beneficia hæc sedi apostolicae essent commissa, recte  
atq; feudorum collatio committitur. Nec consideratur a Pon  
tificia sanctitate, talia beneficia vel officia de iure patronas  
tus sint, necne, per quod ecclesiastici & laici patroni feuda  
tarij denuo eriā iure suo patronatus Ordinario, priuati sunt  
& spoliati.

Quin etiam aliquando, quum ij qui bonis, aut multis præ  
diti sunt beneficijs, Romam veniunt, a Curialibus Cardina  
lium tanq; officij gratia ad mensam inuitantur dominorum  
suorum, inde clam adhibentur testes & notarius, quorum in  
teruentu conficiuntur instrumenta, quibus cum suo tempore  
re probari possit, tales fuisse Curiales Cardinalium, ac ideo  
beneficia eorum esse in perpetuum affecta, q; doli ac fraudis  
res hæc sit plena, vnuquisq; bonus facile perpedere potest.

QVO PACTO SVB PRÆTEXTV FAMI  
liaritatis Papalís curiæ, multorum Beneficiorum per Curti  
sanos impugnetur collatio, etiamst posseffores illorum lon  
ge antehac talibus fuerint beneficijs inuestiti.

Nec minus & illud suetum huc vscq; fuit, vt vltra prædi  
cta omnia quorundam magni pensi Beneficiorum, sub no  
mine officialium vel familiarium Papæ & curiæ papalís, per  
idiotas & alioqui inhabiles personas sit impugnata colla  
tio, ac per illos conatū, tentatumq; si quo modo fieri posset,  
vt beneficia hæc in Cōmendas seu Proutissons; ita enim ipsi  
vocant, vertere, ac censibus annuis obnoxia reddere queant,  
hinc prætendentes, regressus, reseruationes, pensiones, &  
plura alia incompatibilia, sibi in his competere. Quibus te

B ij